خَلَاصْ كُنْ مَارَا اَزْ شِرِيرْ : ابْرَاىِ اَنكِهْ
مَلَكُوتْ وِنِيرُو وَمُنْدِي وَعَظَمَتْ اَزْ آنِ تُسْتْ
تُوسْتْ اَكْنُونْ وَتَا اَبَدْ اَبَدْ اَلْاَبَدِ: آمِينْ :

Salutatio Angelica.

السلام لك يا مريم الممتلية من النعمة الرب
معك مباركة انت في النسا ومباركة ثمرة
بطنك يسوع يا قديسة مريم والدة الله صلي
لاجلنا نحن الخطاة الان وفي ساعة موتنا
امين :

F I N I S.

وعلى الارض خزنا كفافنا اعطنا فى اليوم
واغفرلنا ماىجب علينا كما غفرنالمن
اخطى الينا ولاتدخلنا للتجارب لكن نجنا
من الشرير لان لك الملك والقوة والمجد الى
الابد امين :

Eadem litteris & lingua Perſarum.

اى پدر ما كه در آسمان : پاك اشد نام
تو : بيايد پادشاهى تو : شود خواسته
تو همچنانكه در آسمان نيز در زمين :
بده مارا امروز نان كفاف روز مارا : ودر گذار
مارا گناهان ما چنانكه ما نيز ميگذاريم
غرم ان مارا : ودر آزمايش ميندازمارا : ليكن
خلاص

Idem Alphabetum in ſimpliciorem, continuatamque ſeriem redactum.

ا ب پ ت ث ج چ ح خ د ذ ر ز

ż r d d x̂ ḫ g g t̂ t p b a

ژ س ش ص ض ط ظ ع غ ف ق

q̈ f g a ṫ t ṡ s x̂ ſ ẑ

ک گ ل م ن ه و لا ی

i la u ḫ n m l k̈ k

Vocales

اَ اِ ای اُ اُو

u o i e a

Oratio Dominicalis lingua Arabica, charactere tamen Perſico.

ابونا الذی فی السموات قدوس اسمک
تات ملکوتک تکن مشیتک کما فی السما
وعلی

DE NUMERO ET FIGURA

punctorum, ſignorum, ac litterarum.

PUNCTORUM genera, quibus figurae litterarum utriuſque Perſici Alphabeti multiplicantur, ſunt tria: motiones Arabum, quae vices vocalium gerunt, tres; ſed harum motionum figurae duae, ſigna quinque, figurae litterarum Arabum XVII. tantum; ſed per illa tria puncta, ſive tres notas, uſque ad XXXII. multiplicantur. Similiter ad Perſarum, Arabumque prorſus imitationem etiam figurae Latinae praeſentis Alphabeti multiplicantur.

Figurae ſupra litteram

ء ~ ـ ʼ . ʼ ʼ ∴ .. .

Subtus litteram

ʼ ˅ .. ˎ

Idem

بوقت خود ۞

3 Et erit tamquam lignum, quod plantatum eſt ſecus decurſus aquarum, quod fructum ſuum dabit in tempore ſuo.

۴ وبرگ او نریزد: وجمله هرچه بکند
فیروز آیند ۞

4 Et folium eius non defluet: & omnia quaecumque faciet, proſperabuntur.

۵ نه هچینند ظالمان نه هم چنین: که
الاچون گرد آنچه اورا می باد اندازد از روی
زمین ۞

5 Non ſic impii, non ſic: ſed tamquam pulvis, quem proiicit ventus a facie terrae.

DE

Pſalmus I. Davidis Prophetae.

زبور اول دلود پیغمبر

۱ خوشام مردی انچه نرفت بمشورت ظلامان
ودر راه گناکاران فی ایستاد : وبه کرس
مرکبی نه نشست ۞

1 Beatus vir, qui non abiit in conſilio impiorum, & in via peccatorum non ſtetit, & in cathedra peſtilentiae non ſedit.

۲ اما درناموس خدا مراد او : ودرناموس
او درس کندشب وروز ۞

2 Sed in lege Domini voluntas eius, & in lege eius meditabitur nocte ac die.

۳ وباشد چون درخت که نشانده است
نزدیک اب رواتها : آنچه میوهٔ او بدهد

Latinum.				Perſicum.
22	Ġ	ġ	ġain	غ غین ۲۲
23	F	f	fe	ف فه ۲۳
24	Q̈	q̈	q̈af	ق قاف ۲۴
25	K	k	kaf	ک کاف ۲۵
26	K̆	k̆	k̆af	ڭ ڭاف ۲۶
27	L	l	lam	ل لام ۲۷
28	M	m	mim	م میم ۲۸
29	N	n	nun	ن نون ۲۹
30	ℌ	𝔥	𝔥e	ه هه ۳۰
31	V	u	vau	و واو ۳۱
			lamalif la	لام الیف لا
32	I	i	ie	ی یی ۳۲

Latinum.				Perſicum.	
10	D	d	dal	د دال	١٠
11	Ḋ	ḋ	ḋal	ذ ذال	١١
12	R	r	re	ر ره	١٢
13	Żʒ̇	żż	że że	ز زه	١٣
14·	Żʒ̂	ʒ̂ʒ̂	ʒ̂e ʒ̂e	ژ ژه	١٤
15	S	ſ	ſin	س سين	١٥
16	X̂	x̂	x̂in	ش شين	١٦
17	Sʒ	sʒ	sʒad	ص صاد	١٧
18	Ṡʒ	ṡʒ	ṡʒad	ض ضاد	١٨
19	Ƀ	ƀ	ƀa	ط طا	١٩
20	Ƀ̇	ƀ̇	ƀ̇a	ظ ظا	٢٠
21	A	ɑ	ɑin	ع عين	٢١

22

ALPHABETUM
PERSICUM

	Latinum.			Perſicum.		
	باخا فرانکی لاتین			باخا فارسی		
1	A	a	alif	الیف	ا	۱
2	B	b	be	به	ب	۲
3	P	p	pe	په	پ	۳
4	T	t	te	ته	ت	۴
5	T̂	t̂	t̂e	ثه	ث	۵
6	Ġ	g	gim	جیم	ج	۶
7	Ġ	g	ge	چه	چ	۷
8	Ḫ	ḫ	ḫe	حه	ح	۸
9	Ẋ	ẋ	ẋe	خه	خ	۹

rum metropolim invectae , ac dein , amanuenſibus , qui ad otium , & inopiam redacti fuerant , patriorum ſacrorum iuribus vim inlatam clamantibus , ſuppreſſae . Nonnulla impreſſorum huiuſmodi voluminum exemplaria, quae tamquam rara haberi debent , & inter quae laudatum Perſicum dictionarium recenſetur , obtinuit orientalium plagarum eruditus ſcrutator , Dominicus Seſtinius Florentinus (1) . *Haec vero ſpeciminis cauſſa dixiſſe , tum & ad maiora interim digitum intendiſſe ſufficiat . Tu vero , erudite Lector , haec ipſa aequi , bonique conſulas rogo , & vale .*

---

(1) Vid. *Novelle letterarie di Firenze dell'anno* 1783. *num.* 13. *col.* 198.

re litteraria, & moribus orientis, quam Iohannes Richardſon regiae academiae ſcientiarum ſocius lexico ſuo Perſico-Arabico-Anglico, Londini edito anno MDCCLXXVII. *praefixit, & ſeorſim edidit cum adnexa ſecunda parte, quae eſt confirmatio prioris, & refutatio novi ſyſtematis, ſeu analyſis mythologiae veteris. Bryantii Angli. Si vero lexica deſiderentur, iam Richardſonianum a nobis memoratum nunc habes; tum adeſt quinetiam* Pharhangh diebanguir, *ſive dictionarium Perſicum, concinnatum ab Ebn Fakhruddin Angiou Mahometano ducentum ab heinc annis & amplius., quo uſum fuiſſe Thomam Hyde, ipſo teſtante, cognovimus. His quinetiam addi poſſet dictionarium Perſicum* Ferhenghi Sciurrì *nuncupatum, & excuſum typis Conſtantinopolitanis inter priores huius ſaeculi annos, & quadrageſimum, qui poſtremus fuiſſe videtur artis typographicae in Turcarum*

rum

plici linguarum clavi, Italicae, Latinae, Gallicae, nec non ſpecialibus praeceptis eiuſdem linguae reſeratum, auctore Patre Angelo a S. Ioſeph. Amſtelodami ex officina Ianſſonio-Waesbergiana MDCLXXXIV., *ac tandem grammaticae inſtitutiones eiuſdem linguae, quae nunc parantur a Guillelmo Iones Iuriſconſulto Londinenſi* (1), *quaeque propediem edentur. His vero copulare praeſtabit pro uberiori rei cognitione* Guillemi Burtoni Angli λεί-ψανα veteris linguae Perſicae, quae apud priſcos ſcriptores Graecos, & Latinos reperiri potuerunt; *quibus* accedit Marci Zuerii Boxhornii epiſtola ad Nicolaum Blanchardum de Perſicis Curtio memoratis vocabulis cum Germanicis cognatione. Lubecae apud Petrum Boeckannum MDCCXX., *tum etiam diſſertationem de linguis,* *re*

(1) Vid. *Novelle letterarie di Firenze dell'anno* 1783. *num.* 12. *col.* 191.

*videretur . Ceterum qui hanc linguam pleniuſ cognoſcere velit , adeat tum grammaticas inſtitutiones , tum lexica , quae ſunt conſueta ad linguas arripiendas praeſidia . Praeſto ſunt editae typis propagandae fidei an.*MDCLXI. *grammaticae inſtitutiones linguae Perſicae , auctore Ignatio a Ieſu Carmelita diſcalceato . Nec deſunt alia huiuſmodi grammaticalia praecepta , quae quis pro libitu conſulere poſſit ; ut nimirum ſunt* : Rudimenta linguae Perſicae, auctore Ludovico de Dieu; quibus accedunt duo priora capita Geneſeos ex Perſica translatione Iac. Tawuſi. Lugduni Batavorum ex officina Elſeviriana an.CIↃ IↃ CXXXIX., *tum etiam* Elementa linguae Perſicae, auctore Ioh.Gravio; *quibus accedit* anonymus Perſa de ſiglis Arabum, & Perſarum aſtronomicis. Londini typis Iacobi Flesher MDCXLIX., *inſuper vero* Gazophylacium linguae Perſarum, triplici

rum Perſarum Oxonii anno MDCCLX. *recuſam. Puriſſima vero omnium dialectorum ea cenſebatur, quae in Choraſanae, ſeu Bactriae regionibus olim obtinebat, quaque Zoroaſtris (qui floruit anno ante Chriſtum* DXIX.) *praecepta, ac placita exarata ſunt, ac praeſertim celeberrimum opus, quod Sadder, & Zend Aveſta inſcribitur, quodque ſuperioribus annis interpretatum, atque illuſtratum accepimus ab Anquetilio typis Pariſienſibus* (1).

IV. *Quare pro re noſtra haec nunc delibaſſe ſufficiat, ne quis hoc alphabetum tractaturus tamquam in terras ignotas prorſus, & obſcuras ingreſſus* A 6 *vide-*

(1) *Zend-Aveſta, ouvrage de Zoroaſtre, contenant les idées theologiques, phyſiques, et morales du ce législateur, les cérémonies de culte religieux qu' il a établi, et pluſieurs trait importans relatifs à l' ancienne hiſtoire des Perſes, traduit en François ſur l' original Zend etc. par M. Anquetil du Perron etc. A Paris chez N. M. Tilliard* 1771.

zua, ſeu Barzuaeo medico, ſub Choſroe Anuſcervano, Cavadis filio, Perſarumque rege, qui ab an. Chriſti DXXXI. *ad ann.* DLXXIX. *regnavit, elaboratam habemus verſionem dialogi Indici inter Gymnoſophiſtam, & Dapſelimum Indiae regem, qui* Colaila, & Damna *inſcribitur* (1); *atque non alia ipſe lingua uſus eſt, quam antiqua hac Perſica. Nec multo vetuſtiora haberi debent cetera huius linguae, quae exſtant, monumenta, ſi attendantur, quae de libris abs ſe comparatis, & ex oriente in Europam aſportatis tradidit laudatus* Hyde *in praefatione ad hiſtoriam veterum*

(1) Vid. Stephanum Evodium Aſſemanium *catalog. biblioth. Medic. Lament. et Palat. codicum mſs. orientalium* num. XCV. pag. 140. & 142. Vid. infer. num. XCVI. pag. 145. *Centiloquium*, ſive ſententiae morales, & apophthegmata centum, Alì quinti Moſulmanorum Chaliphae inſcripta, & ex Arabica lingua in Turcicam, ac Perſicam Pehelevianam, & Agiamenſem, ſive antiquam, ac recentiorem, translata.

ne ſuſpicatur . Septem vero dialectis lingua haec ipſa diſtinguitur, quemadmodum ab Ibn Phacreddin Angjou Indo-Perſa, & a Thoma Hyde adnotatum deprehendimus. Harum quatuor vel obſoletae, aut inuſitatae, ceterae vero uſu receptae ſunt. Elegantiae dignitate praeſtat dialectus درى deri, *qua conſcripti habentur libri nonnulli, & biblicae praeſertim verſiones, quas* Waltonius, *& Le-Longius commemorant. Atſi recens Perſarum idioma cum antiquo conferatur, multum ſane unum ab altero diſtare intelligetur.* Pehelavi *enim vetus Perſicum audit, quod &* زبان گبری lingua ghebrica *a nonnullis appellatur* (1). *Haec ſcriptis praeſertim coli conſuevit. Hinc a Bar-*

(1) Vid. clariſſimum Ioh. Bernardum Rubeum in *praeliminari diſſertatione ad Epitalamia exoticis linguis reddita*, ac ſplendidiſſimis Bodonianis typis Parmae edita anno 1775. §. xix. *pag*. xxxii. *et ſeq*.

tica ſecta, ac dominatio Perſiam invaſit, Arabes ut religionem, ita charactéres ſuos Perſis dedere, ut idcirco proprius, antiquuſque ipſorum character nunc vulgo ignoretur. Lingua vero haec, quae & Perſica vulgo audit, ex Arabica, & Turcica conflata eſt, cui admixta ſunt, pro populorum emigrationibus, pro bellorum eventibus, & pro ipſa commercii ratione, vocabula nonnulla ex Graecis, Medicis, Latinis, Anglicis, & Germanicis vocabulis contexta, ut Waltonius, & Pfeifferius oſtenderunt. Quare nihil moramur Theophilum Sigefridum Bayerium, qui ſcribens ad La-Crozium (1) *ait, in Perſicis litteris, quas Hydus illuſtrare eſt aggreſſus, aliquam convenientiam cum Armenicis ſibi viſum eſſe animadvertiſſe; nec La Crozium* (2) *ipſum, qui de earum ab Aegyptiis origine*

(1) *Theſaur. epiſtolic. La-Crozian. tom. I. pag.* 16.
(2) *Ibid. tom.* III. *pag.* 22. & 23.

& eiſdem hodie formis recuſo, ſed in publicis, & liturgicis Graecorum in primis, Syrorum, & Coptitarum libris fuiſſe tum eiuſdem ſacrae congregationis nutu, tum etiam apoſtolicae ſedis auctoritate, ſummorumque Pontificum Clementis VIII., Urbani VIII., Alexandri VII., aliorumque deinceps, praeſertim vero Benedicti XIV. iudicio, & conſenſione impreſſam, & confirmatam. Quamobrem huius laudis partem non exiguam Anglus ipſe Whe*locus tribuit nomini Clementis VIII., quod ob pericopem iſtam iam receptam, & adprobatam in eccleſiaſticis Maronitarum officiis rem gratam fecerit concordiae Chriſtianae ſtudioſis.*

III. *At praeſtat modo quidquam de Perſicae linguae, cuius elementa prima denuo nunc tradimus, origine, antiquitate, ceteriſque proprietatibus breviter attingere. Ex quo Mahome-*

magis vel ex traditione maiorum, vel etiam ex communi illo epiphonemate, quo alias quoque orationes Graeci fideles paſſim abſolvere ſolerent, in ſacrum Evangeliſtae Matthaei textum ea clauſula invehi coeperit, incerta res eſt. Nam in Evangelio Lucae cap XI. *verſ.* 4. *locum non habet; ut nec locum habebat in antiquiſſimis quibuſdam Graecis exemplaribus S. Matthaei, neque ullam quinetiam de ea mentionem fecerunt Tertullianus, Cyprianus, Ambroſius, Hieronymus, Auguſtinus, ceterique Latini Patres ad unum omnes, immo neque Cyrillus in* catecheſi myſtagogica *illam uſquam commemorarunt. Id unum certum eſt,* δοξαλογίαν *iſtam tamquam coronidem Dominicae orationis non in uno tantum exemplari Arabico Perſicis typis ſacrae congregationis de propaganda fide iam edito anno* MDCXXXIII., *ut ſuperius monuimus,*

eò

quemadmodum antea editam deprehendimus. Quod ut clarius conſtet, illud adnotandum cenſemus, Perſicam verſionem a Wheloco editam, ut & vulgatam noſtram orationem Dominicam abſolutam exhiberi in voce Amen; *ſed in adnotationibus ad verſ.* 13. *cap.* VI. *Evangelii ſecundum Matthaeum ex ms. Pocockii aliam tradi, & adprobari clauſulam, quam ad eiuſdem Perſici codicis fidem ſic ille latine reddidit*: Propterea quod regnum, & potentia, & gloria ex ipſo te eſt, nunc, & ad aeternitatem aeternitatis. Amen. *Hanc olim Graeci omnes publice, privatimque recitare conſueverunt, hodieque etiam conſtanter recitant. A Graecis vero acceperunt Syri, Armeni, & Copti. Quo tamen tempore, an ante, an poſt S. Iohannis Chryſoſtomi aetatem, aut undenam tandem, ex libris ne liturgicis, an vero*

 ma-

mus, erudite Lector. Quare dum veterem formam inſtauramus, illud curae fuit, ut orationem Dominicam non ſolum lingua Arabica, charactere tamen Perſico, ut antea, ſed etiam litteris, & lingua Perſarum exhiberemus. Hanc quidem, viam nobis comiter monſtrante viro clariſſimo Antonio Georgio, Auguſtinianae familie Procuratore generali, deſumpſimus ex verſionibus orationis Dominicae in varias linguas a clar. Chamberlaynio evulgatis Lipſiae anno MDCCXLVIII., *tum & contulimus cum ea, quae legitur cap.*VI. *Evangelii ſecundum Matthaeum in Perſica verſione* IV. *Evangeliorum, quam ab Abrahamo* Wheloco *anno* MDCLVII. *Londini typis Iacobi Flesheri editam habemus.*

II. *Verum hoc loco illud inſuper monere opus eſt, nos apprime fideles exſtitiſſe in referenda oratione Dominica,*

quem-

LECTORI ERUDITO

IOHANNES CHRISTOPHORUS AMADUTIUS
Praeſes typographiae ſacrae congregationis de Propaganda Fide.

I. *Diſtractis primis variorum alphabetorum formis alias accuratiores pro ingenii noſtri modulo ſufficere conſuevimus. Scilicet duae iam prodierant Perſici alphabeti formae typis propagandae fidei, altera quidem in octavo, ut aiunt, ſine anni deſignatione, altera aperto folio, ut dici ſolet, ſed quae annum praeſeferat* MDCXXXIII., *exhibeatque duplex huius idiomatis alphabetum, unum quidem litteris Latinis, alterum vero Arabicis, charactere tamen Perſico. Utraque forma largitionibus, venditionibuſque abſumpta, neceſſe fuit novam conficere, quam tibi nunc ſiſti-*

 mus,

a5B

Digitized by Google

ALPHABETUM
PERSICUM
CUM
ORATIONE DOMINICALI
ET
SALUTATIONE ANGELICA.



ROMAE MDCCLXXXIII.

TYPIS SAC. CONGREG. DE PROPAG. FIDE
PRAESIDUM FACULTATE.

Digitized by Google